



Kern 86
(1-54; a-g)

(48)

CONSPECTVS
LABORVM
QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE
FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN
STVDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM
VACARE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO
IOANNE ANDREA
DE SEGNER

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CONSILIIS INTIMIS, MATHEMAT. ET
PHILOS. NAT. PROFESSORE PRIMARIO, ACAD. SCIENT. IMP. PETROPOL. SOC. REG.
LOND. ET. ACAD. REGIAE SCIENT. BEROL. SODALI.

P. P. d. IV. APRIL. MDCCLXV.



HALAE MAGDEBVRGICAE,

EX OFFICINA CHRISTOPHOR. MICHAELIS VESTERI.



LECTIONES PRORECTORIS AC DIRECTORIS.



IO. ANDR. DE SEGNER, hoc semeltri tradet: *PHYSICAM* experimentalem, hor. XI, *ELEMENTA ARITHMETICAE, GEOMETRIAE ET TRIGONOMETRIAE* hora II, *ALGEBRAM* hora III.

IO. TOBIAS CARRACH I. C. *privatim* 1) B. HEINECCI *Elementa Juris Naturae et Gentium*, 2) nec non EIVSDEM *Elementa Juris Civilis secundum Ordinem Institutionum* explicabit. 3) Commentabitur etiam ad B. BOEMERI *Introductionem in Jus Digestorum*. 4) Addet quoque *collegium Processuale*. Horas singulis praefectionibus destinandas ex tabulis publicis indicabit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANKIVS Deo vires largiente lectiones praefloratas et paracentas denno auspicabitur.

IO. GEOR. KNAPP *primo theologiam dogmaticam* denno auspicabitur; *deinde theologiam polemicam* quoque explicabit. Die vero Domini in *tractatione aethetica* telethorum S. S. locorum perget.

IO. SALOMO SEMLER *publice*, vt mandato regio satisfiat, vniuersae theologiae partes et subsidia breuiter delineabit; *privatim* 1) *instaurabit lectiones in theologia dogmatica* partem primam, ita vt accedat simul disciplinae historiae; 2) perget in altera parte *polemicae theologiae*; 3) *regulas et criticas et hermeneuticas* illustrabit, quibus opus et vsus est in N. T. Vietur eam in rem *Wetsenij et Bengelii* excerptis, quae iam hic excuduntur. Nec deerunt exercitia disputandi in *Semipario theol.*

IO. AVG. NOESSELT 1) ad *elementissimum Regis mandatum, publice religionis Christianae veritatem* cum recta ratione eius reperiendae ac defendendae demonstrabit; *privatim* 2) *Euangelia Matthaei, Marci et Lucae*, atque, si tempus permiserit, etiam *Ioannis*, interpretabitur hor. VII-VIII. 3) *initium* faciet enarrandae historiae sacrae Christianorum, intra anni spatium absolvendae, et 4) *modum* docebit, quo e primariis sacrarum scripturarum locis doctrina Christiana legitime duci debeat.

IO. FRID. GRUNER *publice*, vt Augustissimi Regis voluntati fiat satis, *Historiam Ecclesiasticam* inde a Christo nato, ad nostra vsque tempora, intra vnus anni spatium bono cum deo enarrabit. Fiet hoc ad ductum libri sui, qui typis Franckianis describitur, *Versuch eines pragmatischen Auszuges aus der Kirchengeschichte der Christen*. *Privatim* 2) *Pauli ad Timotheum Epistolam utranque* commentario illustrabit. 3) *Theologiae dogmaticae capita omnia* per semestre hoc aestiuum exponet. 4) *Praecepta homiletica* interpretabitur, quae sub titulo, *Anweisung zur geistlichen Beredsamkeit*, in officina Franckiana excuduntur.

IVRIDICAE.

DANIEL NETTELBLADT diebus Lunae, Mercurij et Iovis *publice* explicabit suam *Introductionem in Iurisprudentiam positivam* hora IV-V. *Privatim* docebit hora IX-X, *Ius Germanicum privatum* ad ductum *elementorum Dn. de SACHOW*; hora X-XI, et III-IV, *Ius naturae* ad suum huius iuris systema; hora XI-XII, *Ius feudale* praecedente *Georg. Lud. BÜNNERO* in principis iuris feudalis. Nec his deerit, qui *privatissimas in Ius Criminale et Litteraturam iuridicam* desiderabunt lectiones.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER horis VIII-IX, et II-III, in collegio Pandectarum perget. His laboribus addet horis X-XI, et I-II, *collegium iuris criminalis*, ductum secutus *Cel. MEISTAVM* in *Principis iuris criminalis Germaniae communis*.

GEOR.

GEORGIUS SAMVEL MADIHN 1) *Ius Pandectarum* per duas horas, duce Illustri HELLFELD, ea ratione interpretabitur ut totum opus intra unius anni tempus plane absolatur; eumque in finem praesenti semestri primam libri HELLfeldiani partem explicabit, alteram autem proxime sequenti semestri scaturus; 2) *Ius naturae et gentium* praesente Celeb. ACHENWALLIO, ita tamen, ut quae primo huius compendii libro comprehenduntur, ex suis, quas ipse contraxit, thesibus recitentur; 3) *Principia Institutionum Dni IVSTINIANI* 4) *Ius feudorum* ex nativa sua indole explicabit, et 5) *Historiam Iuris*, ut eorum profectibus inferuat, qui has lectiones enixe petierunt, copiose enarrabit. Horas singularum lectionum tempestive ex tabula publica, earum autem rationem ordinemque peculiari Programme significabit.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL Honoratissimis omnium Ordinum Commilitonibus offert 1) Hor. VIII-IX. et II-III. Collegium Pandectarum ad Compendium Ludovicianum; 2) Hor. X-XI. Praelectioniones Iuris canonici ad Ge. Lud. Boehmeri Principia Iuris canonici; 3) Hor. XI-XII. Collegium Institutionum Iustinianearum praesente Heinickeo; 4) Collegium disputatorium quouis die Saturni hor. I-II. habendum.

PHILIPPVS ERNESTVS BERTRAM commentabitur 1) ad Ill. Puettor^z Historiam Imp. Romano-Germanici, 2) ad Eusdem Elementa Iuris publici Germanici, 3) ad Cl. Achenwallii Notitiam politicam praecipuorum regnorum Europaeorum, 4) ad Cl. Reinhardi Compendium Historiae vniuersalis tam antiquae quam nouae, et quo etiam historia Bohemiae, Borussiae, Hungariae, totius Italiae nec non Turci et Persici imperii continetur, et 5) tradet rogatu nonnullorum, qui Patriam amant, *Notitiam politicam Germaniae generalem et specialem* ad ductum thesium suarum. Horas e valuis publicis indicabit.

MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER hora VII. ad VIII. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticis, quam prognosticis, ad ductum *Fundamentorum suorum Semiotologiae medicae*, exponet; hora VIII-IX. et X-XI. *Therapiam specialem*, additis insimul necessariis regulis et cautelis practicis, in singularum morborum curacionibus obseruandis, perspicue tradet; hora vero XI-XII. diebus ☉ ☿ et ♀ vires atque usum medicamentorum compositorum, iuxta auctas SCHWELZII Praelectiones in *Dispensatorium Bozuffo-Brandenburgicum*, monstrabit, eademque hora, diebus ☿ et ♀ manducationem ad Formularum medicarum praescriptionem, suppeditabit, horumque laborum initium finitius nondum Ipsiensibus, die XIII. Maii b. c. D. faciet.

FRIDER. HOFFMANN, P. P. O. publicae, X-XI. physiologiam, priuatim vero, hora XI-XII. materiam medicam praeeget. Initium harum lectionum erit finitius nondum Ipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER horis VII-VIII. et II-III. *Chirurgiam theoretico-practicam*, Duce HEISTERO, explanabit, additis insuper necessariis regulis et cautelis practicis, nec non operationibus in cadaveribus potioribus; hora IX-X. in ROEPERII *elementa artis obstetricariae* commentabitur; denique hora I-II. diebus Mercurii et Veneris, praesente BASSIO, Auditores suos in applicandis fasciis chirurgicis exercebit.

IO. PET. EBERHARD, hor. II-III. *Physiologiam* explicabit ad ductum T. r. *Conspectus Medic. Theor.* a se editi. Praeterea *Pathologiam* tradet semiotologiae iunctam, Reliquae Praelectiones erunt philosophicae.

D. FRID. CHRIST. IVNCKER publicum studium hora III-IV. in explicando *Dispensatorio Bozuffo-Brandenburgico* impendet. Priuatim hora II-III. *Inspectionem medicamentorum*, ex tribus, quae vocant, Naturae regnis desumptorum, facultates et usum, secundum ductum Compendii sui editi, exponet. Priuatissime collegium clinicum cum profectionibus, consueto more, continuabit. Nec illis deerit, qui *Chemiam theoretico-practicam* postulant.

PHILOSOPHICAE.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publicae hor. 4. *Mathesin puram*; priuatim hor. 9. *Mathesin applicatam*, utramque ad Wolfianam; *Physicam dogmatico-experimentalem* hor. 1. ad propriam et tandem *Historiam naturalem* ad Linnaeanum compendium explicabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis praelectionibus destinavit *Anthropologiam* explanationem; priuato autem studio commentabitur in WALLERII *Hydrologiam*, diesque ac horas, laboribus huius destinandas, debito tempore seorsim indicabit.

IOHAN.

IOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre aestiuum 1) *lectio- nes Logicæ et Metaphysicæ* restaurabit. 2) *Fundamenta lingue ebraicæ, Danzium* se- cuturus, vna cum analysi, tradet, hisque ad finem perducetis, vel *doctrinam accentuum*, vel, si maluerit *Commillones, grammaticam chaldaicam*, duce *Altingio*, explicabit. 3) *Te- saura vaticina* ex fonte Ebraico interpretabitur; et denique 4) *Lectiones Oeconomico-Camerales*, præcænte *Dibmaro*, redaustrificabitur. Neque iis deerit, qui *privatissimas* scholas frequentare apud ipsum getiunt.

GE. FRID. MEIER, interpretabitur hor. 3-4. *Logicam*, hor. 9-10, et mensè *Augusto* simul hor. 7-8. *Metaphysicam* b. Baumgarten.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM hora VII. matutina Historiam Vni- versalem ad filium compendii sui; hora vero VIII. Historiam Germanicæ Imperii ad ductum introductionis suæ docebit. Præterea Collegium Heraldicum desiderantibus laut difficilem se præbebit.

ADAMVS GVLIELMVS FRANZEN publice hor. II-III. Rhetoricæ præcepta tradet; *privatim* vero hor. IX-X. b. *Christiani Ioh. Anton. Corvini* *Logicam*; hora X-XI. b. *Alexandr. Gotth. Baumgarteni* *Ethicam philosophicam*; hora IV-V. *Xenophontis* memorabilium Socratis discorum libros IV. explicabit.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN in scholis biblicis *vnam alteramve breviorum N. F. epistoliarum* eadem ratione, qua proxima hieme in epist. ad Rom. usus est, enarrabit, ex codice ebraeo autem *inferiores Psalmos* et quæ in aliis V. T. libris ex- stant *cantica*. Deinde resumet *capitulum doctrinæ Christianæ* gratiorum translationem, quæ *dis- sertationibus etiam privatim examinibusque*, vt hucusque factum, subiicietur.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI, hora VII. matutina Historiam Regno- rum Europ. Politicam ad Illustr. Gebaueri *Grundriß*, hora VIII. Historiam Imp. Rom. Germ. ad Schmanßii *Historisches Jus Publicum* docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE, *selecto Auditorum numero* *Collegium præticum elaboratorium* ad ductum B. Parentis *Anleitung zum Gerichtlichén Pro- cess* aperiet.

D. FRIDERICUS LEBERECHE SUPPRIAN oculorum morbos publice *præceget*, *privatim* vero *physiologiam* et *Pathologiam generalem* pertractabit.

IO. PET. EBERHARD, *privatim* tradet *Physicam* hor. I-II. in proprium com- pendium, et *Mathesin puram* in Compendium Wolfianum, *privatissime* vero *Mathesin adæquatam*.


F. W. ELLENBERGER DE ZINNENDORF *privatissime* lo. *Math. Gene- reri* *Diagonen* in eruditionem vniuersalem exponere; *privatim* hora III-IV. *Ebraicam* lin- guam, *criticæ* et *grammaticæ* *Hofam* exhibiturus; *Theologiam naturalem* hora II-III; vel *hu- maniores literas* duce *Bafedoulo*, vel *antiquitates sacras*, tradere apud se constituit. Nec exer- citationibus in legendis, diiudicandis libris et componendis variis variis generis *speciminibus* deerit.

IOAN. LVDOV. SCHVLZE per hoc semestre 1) *linguæ hebraicæ* fundamen- ta duce *Danzio* proponet, 2) in XII. *Prophetas minores* commentabitur 3) *Lectioes cursorias* in omnes *Veteris Testam.* libros auspiciabitur, et si *Deus vitam* desiderit, *operam* dabit, vt *intra vnus anni* et *sex mensium spatium* totum *Codicem* absoluat, sic- que eorum *studia* adiuret, qui hoc *curso* *linito* *linguam hebraicam* sibi *familiarẽ* red- dere voluerint. Continuabit quoque *Exercitia disputatoria*, iisque, quos in *arabibus* ha- buit *Auditores*, quosque in *perlegendis primis* *Corani* *partibus* *formam* *excusis* *hucusque* *exerentis*, si *per* *typorum arabicorum raritatem* fieri *potuerit*, *occasione* *suppeditabit*, *vt* *teriores* *progressus* *faciendi*. *Reliqui labores* erunt *privatissimi*. *Horæ* et *valus publicis* *innotescunt*.

IOH. CHRISTIAN FOERSTER publice, hora 5-6. diebus *Lunæ* et *Martis* *principia iuris naturalis publici et politici* secundum excellentissimum *MONTESQUII de legibus* *librum* docebit, cuius *epitomen* *vernaculo sermone* *exaratam* *propædium* *typis* *excubendam* *curabit*. *Privatim* 2, hora 9-10. *metaphysicam* *desideratissimi* *BAUMGARTENI* *exponet* 3, eiusdem *philosophiam* *rationalem* *hora* 2-3; 3) *hora* 3-4. *alteram* *initiorum* *philosophiæ* *Ven. ERNESTI* *partem*, quæ *præctica* *complectitur*, *interpretabitur*. *Desiderantibus exer- citia* *disputatoria* *de* *rebus* *philosophicis* *obferet* *privatissime* *instituenta*.







(48)

CONSPECTVS
LABORVM
 QVIBVS
 PROFESSORES
ACADEMIAE
FRIDERICIANAE
 PER SEMESTRE AESTIVVM
 I N
 STUDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM
 VACARE CONSTITVERVNT
 PRORECTORE MAGNIFICO
IOANNE ANDREA
DE SEGNER

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CON
 PHILOS. NAT. PROFESSORE PRIMARIO, ACA
 LOND. ET. ACAD. REGIAE SC

P. P. d. IV. APRIL.



HALAE MAGDI
 EX OFFICINA CHRISTOPHO

